

in toto orbe terrarum quin THOMAS BODLEY, fundatori vestro, pro egregiis eius erga litteras et scientiam meritis, plurimum acceptum referre debeat. Cuius in rei testimonium expectare licet fore ut diebus quos indixistis viri docti et illustres ex omnibus terris laeti concurrant, vota pro incolunitate et diuturnitate Academiae vestrae rite nuncupaturi.

Igitur reputantibus quem potissimum ex ordine nostro eligeremus qui quasi vicarius et nostrum ^{ro} votorum interpretes ad tam illustrem conventum mitteretur, placuit primam appellare ipsam Cancellarium nostram, DOMINUM DE STRATHCONA ET MONTE REGIO, qui nunc in summa imperii sede res Provinciae Canadensis maxime cum omnium approbatione procurat. Sed cum tali viro, tantis praesertim rebus districto, vix liceat unam tantam personam agere, ei velimus adiungere, et cum eo quasi in munere gratissimo consociare, - ut qui et ipse tali officio non sileo indignus, - GULIELMUM PETERSON, huius Universitatis Praefectum et Pro. Cancellarium, vestrae autem Universitatis alumnum et olim in albo societatis Collegii Corporis Christi conscriptum, qui summam habere semperque habebit gratiam non modo ob discendi facultates quae permissae sunt adolescenti sed etiam quod recentioribus annis saepius licuit in ipsa Bibliotheca Bodleiana studia sua promoveri.

Quos ambo pro singulari vestra humanitate velimus accipiatis ut qui summam istam gloriam probe sciant aestimare quam illustrissima vestra Universitas crescentem in dies per tot saecula sibi comparavit: in quamvis frequenti coetu benevolentiores scitote ad futuros esse nullos, neque ullos qui bona vobis omnia